

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581CollectionMythologia, Francfort, 1581 - Livre XIItemMythologia, Francfort, 1581 - X \[19\] : De Pluto](#)

## **Mythologia, Francfort, 1581 - X [19] : De Pluto**

**Auteur(s) : Conti, Natale**

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document est une version augmentée de :*  
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[19\] : De Pluto](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II**

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 10 : De Pluto](#) a pour résumé ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[19\] : De Plute](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[19\] : De Plute](#) est une traduction de ce document

---

## **Informations sur la notice**

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia  
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

primùm plantarum inferius, deinde superius excrefcunt: sic modò apud Plutonium, modò apud Iouem est Proferpina.

At Ethicè.

Per hæc ipsa figmenta rursus ad vitæ tranquillitatem nos hortabantur: quòd breuis sit diuitiarum fructio, cum diuturnis laboribus comparentur. Tum demonstrabant illi opus esse nullam turpitudinem, nullumq; dedecus veteri, qui diues esse cupiat, quòd idem est atque esse sceleratum. Nam qui equi Plutonium vehabant: Alastor perniciosus, Orphneus obscurus, Nycteus nocturnus, Æthon ardens: quòd crudelitas, & omnis æquitatis obliuio, & recti inscitia diuitiarum desiderium consequuntur, à quibus vehitur.

*De Pluta.*

Cùm verò animus hominum neque possit quiescere, neque vtiliter id facere possit: per Pluti inuentionem homines ad agriculturæ studium adhortabantur, cum dicerent Plutum esse Cereris filium, diuinæ terræ scilicet, cum opes iustissimæ à terra nascerentur. cæcus fuisse fingebatur, cum diuitias hominibus nullo delectu impertiret, quia occulta sunt Dei consilia, quæ nemo prorsus humano ingenio potest vel debet investigare, sed sua fortuna esse contentus. At verò ne quid temere fieri & sine diuina prouidentia putaretur, maluerunt Deum vel cæcum introducere, quàm aliquod facinus Deo omnino teste carere.

*De fluminibus inferarum.*

Enimvero vt pateret, non in vita solùm plurimum conferre integritatem & innocentiam ad beatè tranquilleq; viuendum, sed etiam morientibus gratissimum esse viaticum vitæ præclatè transactæ recodationem, terrores & pericula mortuis complura esse tradiderunt, & monstra apud inferos parata, quibus mortui pro magnitudine scelerum torquendi traderentur. Deferebat sceleratos Acherontis fluij vnda cū strepitu: quia cōscientia, rerumq; turpiter aut crudeliter gestarum memoria sub mortem animum magnopere infestat. Sic igitur significare voluerunt ita vitam nostram oportere componere, vt recordatio præteriti temporis quàm maximè in morte animos nostros ob innocentiam & integritatē confoletur, & nos intrepidus ad vel seuerissimorum iudicum præsentiam perducatur. At qui fuerit sceleratus & improbus, ille querulus lamenta-